

69.

Papst Gregor XII. befiehlt dem Bischof von Halberstadt, die ihm erteilte Kommission wegen Dispenserteilung für die Ehe Landgraf Friedrichs des Jüngeren mit der Gräfin Anna von Schwarzburg für gültig anzusehen, obwohl in derselben nicht erwähnt ist, daß der eine der Gatten im dritten, nicht im vierten Grade mit dem andern verwandt sei.

Lucca, 1408 Febr. 17.

Hdschr.: Gleichzeit. Abschr. Rom Vatican. Archiv Reg. Lateran. 131 fol. 97^b.

Anm.: Vgl. No. 66. 67. Ein inhaltlich völlig übereinstimmendes Mandat des Großpönitentiaris Antonius Bischofs von Palestrina von dems. Dat. (die Vermerke auf und unter dem Bug und auf der Rückseite wie bei No. 67) Or. Perg. Gemeinschaftl. Archiv Weimar Reg. D pag. 11 No. 14^b; das S. an gedrehten leinenen Schnüren.

10 Gregorius etc. venerabili fratri . . episcopo Halberstadensi salutem etc. Iustis et honestis —. Sane nuper pro parte dilecti filii nobilis viri Frederici lantgravii Thuringie iunioris et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Anne de Swartzpurg domicelle Maguntinensis diocesis nobis exposito, quod — nuntiando (*im Wesentlichen wie No. 66 S. 56 Z. 35 — S. 57 Z. 23*). Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum lantgravii
15 et domicelle petitio continebat, ipsi ex eo litteras huiusmodi dubitent posse surreptitias et invalidas reputari, quod in eis, quod alter ipsorum lantgravii et domicelle tertio, alter vero quarto consanguinitatis gradibus a communi stipite distant, nulla mentio facta fuit, pro parte dictorum lantgravii et domicelle nobis fuit humiliter supplicatum, ut providere eis super hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur attendentes, quod felicitis recordationis
20 Clemens papa vi. predecessor noster quaslibet dispensationes in casu simili a sede apostolica obtentas et imposterum obtinendas omissione mentionis de distantia tertii gradus predicti a stipite non facte in dispensationibus ipsis nequaquam obstante validas et sufficientes existere ac robor plenarie firmitatis habere declaravit, huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tue, de qua in hiis et aliis specialem in domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta
25 committimus et mandamus, quatinus iuxta huiusmodi *declarationem^a) predictas litteras sufficientes et validas perinde existere auctoritate nostra decernas, ac si in eisdem litteris de distantia tertii gradus predicti expressa mentio facta foret. Datum Luce tertio decimo kalendas martii anno secundo.

70.

30 *Papst Gregor XII. gestattet Landgraf Friedrich dem Jüngeren und seiner Gemahlin Anna, gottesdienstliche Handlungen für sich und die Ihrigen an Orten, die dem Interdikt unterliegen, vornehmen zu lassen.*

Lucca, 1408 Febr. 20.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 5421. Die Bleibulle an Fäden von roter und gelber Seide. — Regest Rom Vatican. Archiv Registr. Lateran. 131 fol. 275^a.

35 :Gregorius: episcopus servus servorum dei dilecto filio nobili viro Frederico lantgravio Thuringie et marchioni Misnensi iuniori ac dilecte in Christo filie nobili mulieri Anne eius uxori salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis vestre sinceritas promeretur, ut votis vestris in hiis presertim, que ad vestrarum salutem animarum cedere